

# Monasticæ conuersationis.

97

spiritualia cōmunicant dona. Nam humilitas vnius, omnium proponitur in exemplum. Caritas quoque alterius te linguis præbet in adiutoriū & solarium: inque reliqua virtutes specialiter præbita cunctis militant ad profectum. Non in his regnat inuidia, non boni alterius pernicioſa amulatio, sed quod est vni proprium, vniuersit fit commune: hoc mirabiliter operate caritate, quæ nescit amulari. Non hic est diffensio voluntatum, non ditceptionis opinionum, non odia, non detractiones, sed proflus animorum pax, morum conformitas, latitudo coniuvium, & quadam imitatio spirituum supernorum. In istis nāque quin Ecclesia militant, tanquam in illis, qui in cœlis regnant, Christus habitare dignatur: quāquam aliter, ipso domino dicente: Vbi fuerint duo vel tres cōgregati in nomine meo, in medio eorum sum. Ab illis verò Deo laudes, & sine intermissione gratiarū persoluuntur actiones. Ab istis statutis horis, quamvis nō delint in carne viuētes, qui votis agunt, quod illi actu perficiunt. In hoc potissimum dicit, quod illi cum Christo regnant: isti autem pro Christo pugnant. Illa triumphantium, hæc congregatio dicitur militarium. Maxima illorum multitudine primo huic militiæ acrispta fuit, postea verò perfeccio certamine angelicis locata spiritalibus. Nam quod illi tenent in re, isti habent in spe. Illius cœlestis ciuitatis sit et intritus. Itē nempe est locus, de quo ait sanctus Iacob: Verè non est hic aliud, nū dominus Dei, & porta cœli. Qui hic viriliter & perseveranter certaverit, coronabitur illic gloriose. Ambo castra Dei, ambo fides sapientie, ambo sanctorū ciuitates. Qui in hac luctabili conuerterat fuisse, ab illa excludi non poterit. Profectus istius, illius est gaudium: & huius multiplicatio aggregatio est alterius. Illa choris angelicis velut margaritis ornatur: ista vero beatis circunvallatur spiritibus proper inimicorum incurvus. Ipse etenim angelic licet cipiunt hominum confortium: ita præbent illis iuge ministerium. Hic viui lapides deteguntur, quadrantur, insculpuntur, ut cœlorum cœtibus habilius inferantur. Illa pro ilta sollicita est, preces fundit, salutem concupiscit, & præsentiam diligit: quia illa linea ista nequaque perfecta esse potest. Vnus est & illorum, & istorum dominus, vna hereditas, vnaque societas. Secuti sacerdoti post hanc peregrinationem ad illam supernam intrare Hierusalem: quicunque in iustorum congregationem fuerit vocatus. Magnum quippe electionis indicium est huius fraternalis habere confortum. Facileque ab illa excluditur, qui ab hac fuerit segregatus. Ideo cum omni circūpectione, & anima maturitate se studeat, quisquis in hac sancta collegia Deo dicata vocatus est: ne diabolus fallacia, aut fui negligentia, seu ignorantia amoueat ab illis. Potissimum vero stabilitatis remedium, taluberrimumque cōsilium est obediens super te iugum aslumere, & propriam voluntatem omnino abnegare. Grauissimum namque à se onus reiecit, qui suam repulit voluntatem. Propria voluntas Deo semper inimicatur. Dominari toto posse conatur, rationis iudicium extorquet, suo faciens arbitrio militare. Non maioribus acquiescit, non reueretur, non obtemperat, nulli subesse potest: nec communitate flectitur, nec minus humiliatur, semper procax est, effrenata in locutione, incompita in moribus, inordinata in affectionibus, ignara-

Matt. 18.

Gen. 28.

sui, & à proximi dilectione aliena. O malum derelictibile, o antiquata nequitia quantum præualeat: quantum dominaris! Per te angelorum ruina facta est, & cœlorum agmina minorata, per te deliciarum paradiseus homine orbatus est, & humanū genus innumeris cladi bus sauciatur: Te suadente corrut Adam: & innocentia stola nudatus est: A te dominandi ambitione, & à Deo apostolandi sumptere principium: Tu cognitorum amorem scindis, & coniugum diuortias facis: Tu amicitarum iura violas, & domesticorum vota dissoluis: Tu cunctum perturbas orbem, & plurimis reples fugitiis: Tu bellorum discordias generas: Tu pacem fugas, & odiorum venena disseminas: Tu infernum ditas, & gehennalibus flammis fomentas subministras. In cœlo præualisti, & in hoc seculo principaris: Vnico solo remedio debilitaris, & vinceris: quo quicunque caruerit, salvati non poterit. Obedientia namque virtus, & subjectionis amor percutit, & occidit. Magnum quippe bonum, & salutis necessarium est obedientia, quæ gratiam conferat, Deum honorat, cœlum referat, animam ornat, & propriæ voluntatis virus evacuat. Hanc in specialem eligat sp̄s lam, quisquis Deo famulari deiderat, in solitudine, in dominis, in ciuitatibus obedientia tenenda est. Præcipue tamen in cœnobiosis & congregationibus Deo dicatis hæc tenaciter custodienda est. Propteræ quicunque collegialiter vivere decrevit, in suo principio propriam abdicet voluntatem, sequi alicui prudēti, & probato de eadem quam elegerit cōgregatione committat realiter, & absque eius consilio, & voluntate nil agat: Omne suum iudicium, & deliberationem in ipius, cui se tradiderit, relinquat arbitrio, ut quod hic approbauerit, & ipse laudet, & quod condemnauerit, ipse similiter condamnet. Deum verò in illo loquentem non dubitet, illique tanquam Christo subesse non obhorreat, quia de se confidentem, & propter se submittentem numquam deferit dominus. Qui enim olim per subiugale animal & irrationale Prophetam docuit: ipse per rationalem creaturam & sibi famulante, in truire non dedignabitur pūfillum credentem in se, dummodo simplici le profernat corde. Vbi namque dubia, aut simulata agitur obedientia: abest profectus subjectionis & diuina prouidentia gustus. Quare sub alterius imperio realiter abneget se, qui virtutis gustus, & cœlestis patriæ deliciis frui cōcupiscit. Non differat subesse, quā pro se idoneum apud altissimum reperit fidiculorem. Imprudēti etenim notissimum est testimonium velle quem de le Deo reddere rationem, quām queam inueniat pro se posse satisfacere. Et quis mente fanus, & rationis compos incedere audebit auro, & gemmis onus tus per deum, & sylvestria loca, atque latronibus repleta, quām valeat alicui præpotenti, & fidelī viro totū hunc, etiam turdū commendare thelaurum: Nemo sine gubernatore pelagus nauigare præsumit, & hoc spirituale mare magnis scopolis plenum, procellis, & tempestariis agitatum: in quo draco ingens & leuis ad illudendum positus est: confidet Dei seruus vadare securus? Nautragio & morti propinquus est, qui hoc age-re cogitat. Qui militant terrenam militiam, nō sunt sine duce, & solus Christi miles erit sine directore: Incongruum est hoc. Vbi namque validior, & faga-cior est hostis: ibi diligenter custodia adhibenda est:

Laur. Iustin. & vbi